

Orationem omnes præter Novitiam sedebunt, & Prælat-
tus habens juxta se vas Aquæ benedictæ hoc modo No-
vitix interroget: *Que pede?*

Cui illa genuflexa respondet: *A Misericordia de Deos,
a Pobreza da Ordem, e a companhia das Irmans.*

Tunc Prælati, quid postulaverit, quanta sit hujusmo-
di petitio, de laboribus, & austeritate Ordinis, ac de
mutatione morum, & perseverantia, brevi Exhortatione
illam admoneat. Qua finita, quærat ab ea apertè coram
omnibus.

*Se de sua propria vontade, e só por servir a Deos quer
ser Religiosa, e se vem com firme proposito de perseverar
na Religião.*

Cui illa respondet: *Que sim, pela misericordia de
Deos.*

Deinde Prælati cum omnibus surgens, dicat sequen-
tia: *Deus, qui te incæpit in nobis, ipse te perficiat. Per
Christum Dominum nostrum. R. Amen.*

*Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.
R. Amen.*

Tunc Novitia surgens tendit ad locum destinatum,
ubi à sua Magistra, & altera Moniali exuitur vestibus
sæcularibus, & induitur exteriori Tunica, & aliis indu-
mentis, ut mos est. Postea redit ad Chorum cum Can-
dela in manibus accensa, ac se collocat genuflexa ante
Prælatum. Deinde, omnibus stantibus præter Novitiam,
dicat Prælati sequentes *ÿÿ. & Orationes.*

ÿ. Dómine Deus Virtutum convérte nos.

R. Et osténde faciém tuam, & salvi érimus.

ÿ. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Oré-

Orémus.

Domine Jesu Christe, æterni Patris Unigénite, qui nostræ mortalitátis tégumen in Beátæ, & intemeratæ Vírginis Mariæ útero indúere, & mundum peccátis inveterátum, per tuæ Incarnatiónis mystérium, renováre dignátus es: te súpplīces exorámus, ut intercedente ipsa tua Genitrice María, hujus Sanctæ Religiónis Patróna præcípua; hæc Fámula tua, in spírītu mentis renováta véterem hóminem cum áctibus suis éxuat; & novum hóminem, qui secúndum Deum creatus est, indúere mereátur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

Orémus.

Sancte Spírītus, qui te Deum, ac Dóminum reveláre dignátus es mortálibus, imménsam tuæ pietátis postulámus grátiam; ut sicut ubi vis spiras, sic & huic Ancillæ tuæ afféctum devotiónis concédas, ut per intercessiōnem Beatíssimæ Vírginis Mariæ, cui peculiáriter in hac sua Sancta Religione devótum exhibére dispósuit famulátum, eam à vanitate sæculi veráciter convértas: & ad hujus sancti propósi observántiam fácias ita certátim fervére, quátenùs justè, & piè vivéndo per veram Humilitátem, Obediéntiam, Castitátem, & Abdicatiónem proprietátis, in fratérna charitate constánti perseverántia, ejúsdem sancti propósi cursum váleat felíciter consummare, quod ipse præstáre dignéris. Qui cum Patre, & Fílio vivis, & regnas Deus in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

Posteà super Novitiam facit signum Crucis, dicens:

Induat te Dominus novum Hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veri-

ta-

tatis. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti.
R. Amen.

Deinde prædictæ Moniales imponunt Novitiæ Corrigiam, Scapulare, & Pallium, Præ lato ipsa indumenta benedicente, ac dicente: *Cum esses Junior, & cæteras Orationes, quæ habentur pro Novitiis, pag. 278.*

Indutâ Novitiâ, Præ latus eam adhuc genuflexam, capite aliquantulum inclinato, aspergit Aquâ benedictâ, & postea dicit:

Y. Dóminus vobiscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

A Désto supplicatióibus nostris Omnípotens Deus, & hanc Fámulam tuam, cui in tuo Sancto Nómíne Hábitum nostræ Sacræ Religiónis imposúimus, bene ✠ dicere dignéris; & præsta, ut te largiénte devóta in Ecclesia persístat, & vitam mereátur ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Finita Oratione, initiatur à Præ lato cum cantu Hymnus *Veni Creator Spiritus*, &c. ad cuius quatuor primos Versus tantum erit Communitas genuflexa. Deinde Cantatrices cantant: *Kyrie eleison*, &c. & Præ latus dicit: *Pater noster*, & Y. ac Orationes, quæ pro Novitiis habentur, pag. 279. interim Novitiâ de more prostrata manente.

Quibus dictis, iterum Præ latus Novitiam aspergit. Deinde elevetur Novitia à terra à suprædictis Monialibus, & cum Candela in manibus accensâ ducatur ad medium Altaris, ut ipsum reverenter osculetur. Mox ducta ante Priorissam, genuflectit, osculatâ illius manu, & reliquas Moniales devotè amplexabitur dicens: *Ro-*

gue

gue a Deos por mim. Dum hæc fiunt, Cantatrices incipiunt Antiphonam: *Ecce quam bonum*. Et cætera fiunt, ut dicitur pag. 283. pro Indutione Novitiorum.

§. IV.

De Professione Monialium.

ANno Novitiatûs completo, & observatis his, quæ à Constitutionibus Ordinis disponuntur, emittenda erit Professio à Novitia in manibus suæ Priorissæ, (vel in ejus defectu Præsidentis) coram Communitate tantum. Sed priùs per consuetum locum Sacristiæ dandus est Habitus Novitiæ alicui Sacerdoti, ut ab ipso benedicatur sequenti Benedictione.

Benedictio Habitûs.

ÿ. Adjutórium nostrum in Nómine Dómini.

℞. Qui fecit Cælum, & terram.

ÿ. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

℞. Et salutáre tuum da nobis.

ÿ. Dómine Deus virtútum convérte nos.

℞. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

ÿ. Dómine, exáudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

ÿ. Dóminus vobíscum. ÿ. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

ÆTérne Pater, & Omnípotens Deus, qui Unigénitum tuum veste nostræ mortalitátis indúere voluísti; obsecrámus tuæ largitátis Benedictionem in hoc genus effluere Vestiménti; quod Sancti Patres ad inno-

éentia, & humilitatis indicium abrenuntiántibus sæculo gestári sanxérunt : & sic ipsum bene ✠ dicere dignéris, ut Fámula tua, quæ eo usa fúerit, induere mereátur ipsum Dóminum nostrum Jesum Christum. Qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Orémus.

Domine Jesu Christe, Auctór virtútum, & Amátor pœniténtium, qui máxime humilitátem, paupertátem, justítiam, castitátem, cum cæteris virtútibus corporáliter in mundo elegísti, & peccatóres ad pœniténtiam misericórditer vocáre venísti, ac omnes fidéliter credéntes piè suscepísti : tuam ineffábilem misericórdiam suppliciter exorámus, quátenús hunc Hábitum sancti ✠ ficáre, ac bene ✠ dicere dignéris : & concéde propítius ; ut quæcúmque illum devótè in sanctæ conversatiónis signum gestáverint ; cum veste cándida, & immaculáta ante tribunal tuum in Sanctórum ágmine glorificáta in die iudicii váleat apparére. Qui cum Patre, & Spíritu Sancto vivis, & regnas in sæcula sæculórum. R. Amen.

Mox aspergit Habitum Aqua benedicta, dicens : *In Nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spíritus ✠ Sancti. Amen.*

Cum verò tempus emittendi Professionem advenerit, tendunt Moniales cum Palliis Proceffionaliter ad Capitulum, vel Chorum, & post eas Novitia exteriori Tunica tantum induta. Cum Novitia pervenerit ad prædictum locum, se collocat genuflexa ante Priorissam, aut Præsidentem. Tunc omnes sedent, & Priorissa habens

jux-

juxta se Scapulare, Corrigiam, Pallium, & Vas Aquæ benedictæ, hoc modo à Novitia interroget:

Que pedis?

Cui illa adhuc genuflexa respondebit:

A Misericordia de Deos, a Pobreza da Ordem, e a companhia das Irmãs.

Postea illi interroget:

Se voluntariamente, e com animo de servir a Deos, quer perseverar na Religião?

Cui illa respondebit:

Que sim, pela graça de Deos, e Orações das Irmãs.

Quo dicto, appropinquans Novitia Priorissæ, vel Præsidenti, manus suas (in quibus sit Charta, tenorem continens emittendi Professionem, scripta & firmata propriâ manu, ut præscribitur in Constitutionibus Ordinis) manibus Priorissæ, vel Præsidentis genuflexa imponat, & semel tantum Professionem voce clara, & distinctè dicat.

Forma Professionis.

» Eu a Irmã N. faço a minha Profissão, e prometto
 » Obediência, Castidade, e Pobreza a Deos Nosso Se-
 » nhor, e á Bemaventurada Virgem Maria do Monte Car-
 » mello, e a Nosso Reverendo Padre Geral Fr. N.... e
 » a seus Successores, segundo a Regra Primitiva da dita
 » Ordem, isto he, sem mitigação até á morte.

Facta Professione, dicat Priorissa, vel Præsidens:

Ÿ. Immola Deo Sacrificium laudis.

Et Communitas dicit:

R. Et redde Altissimo vota tua.

Tunc Professa, positâ Chartâ in manibus Priorissæ, vel Præsidentis, dicat:

» Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, in atriis Domus Domini.

Si verò Professa non fuerit ex Choristis, tunc dicat:

» Os meus Votos repetirei ao Senhor, á vista de todo o seu Povo, em os Atrios da casa do mesmo Senhor.

Mox Priorissa, seu Præsidens, cum omnibus surgens, præter Professam, dicat:

Deus, qui te incœpit in nobis, ipse te perficiat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde dicat:

Ÿ. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Sempitérne Deus, & Omnípotens Pater, qui humanæ fragilitátis infirmitátem agnóscis, réspice quæsumus super hanc Fámulam tuam, & largá tuæ Benedicçãois abundantíam imbecillitátem ejus corroboráre dignéris; ut promíssa vota, quæ præveniéndò aspirásti, per auxiliúm grátiae sanctè, piè, ac Religiosè vivéndò váleat vigilánter observáre, & observándo vitam promeréri sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Finitâ hac Oratione, Priorissa, seu Præsidens, à Magistra Novitiarum, & alia Moniali ex antiquioribus ad-juta induit Professam Corrigiâ, Scapulari, & Pallio, interim dicens Orationes, quæ pro Novitiis habentur, pag. 287. Deinde ipsam Professam, adhuc genuflexam capite aliquantulum inclinato, aspergit, & postea dicit.

Oré-

Orémus.

Dominus Jesus Christus, Pater misericordiarum, & peccatorum consolatio, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat, qui non venit vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam; ipse tibi sua ineffabili misericordia, & solita pietate, veram, & continuam cordis contritionem, ac sanctae poenitentiae fervorem inspiret: ut dignè Habitum sanctae Professionis gerere, & promissa Ordinis valeas adimplere; ac in suo sancto servitio perseverare; & cum Electis ejus ad aeterna gaudia feliciter pervenire. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

Mox Professam aspergit in modum Crucis, dicens:

In Nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti.
R. Amen.

Quo facto, Priorissa, seu Praesidens, initiat cum cantu Hymnum *Te Deum laudamus*, quem Chorus prosequitur, ut habetur, pag. 201. Quo finito, Cantatrices cantant *Kyrie eleison*, &c. & Priorissa, seu Praesidens, cantat: *Pater noster*, & *Yy*. ac Orationes, quae pro Novitiis habentur pag. 281. mutatis mutandis.

Dum haec fiunt, pulsanda est magna Campana Monasterii, & noviter Professa erit prostrata, brachiis spanis, per modum Crucis in medio Capitali, vel Chori. Finitis Orationibus, elevetur Professa à supradictis Monialibus, & ducatur ad Altare, ut illud reverenter osculetur. Postea eam ducant ad Priorissam, seu Praesidentem, ut ejus manum osculetur. Deinde ad caeteras Moniales, quas devotè amplexabitur dicens:

Rogue a Deos por mim.

Interim Cantatrices initiant sine cantu Antiphonam:
Ecce quam bonum, & cætera dicuntur, ut habetur pro
 Novitiis, pag. 283. Sed si immediatè dandum sit Velum
 Professæ, tunc omittitur prædicta Antiphona, quia postea
 decantanda erit.

§. V.

De Velo Monialium.

CUM, Probationis elapso anno, Velum alicui Monia-
 lium tribuendum fuerit; ante illius receptionem, in
 manibus Priorissæ ejusdem Monasterii, vel Præsidentis,
 in ejus defectu, Professionem emittet, juxta formam præ-
 notatam in præcedenti Capitulo.

Cum igitur dies accesserit, in quo eidem Velum tri-
 buendum est, ante Missarum Solemnia, Moniales om-
 nes in Cappis cum Candelis ceræ albæ accensis noviter
 Professam comitantes, Hymnumque, *Veni Creator Spi-
 ritus*, cantantes, ut pag. 279. Processionaliter in Cho-
 rum conveniant.

*Finito Hymno, Sacerdos celebraturus, Pluviali indutus,
 stans supra gradus Maioris Altaris, vel juxta ferream
 Cratē, dicit:*

Ÿ. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

℞. Et renovabis faciē terræ.

Ÿ. Salvam fac Ancillam tuam, Dómine.

℞. Deus meus sperantem in te.

Ÿ. Dómine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dóminus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oré-

Orémus.

DEus, qui corda Fidélium Sancti Spíritus illustratió-
ne docuísti; da ei in eodem Spíritu recta sápere,
& de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum
Dóminum nostrum. R. Amen.

*Deinde inchoatur Officium Missæ de Spiritu Sancto, vel
de Festo occurrenti, additis bis Orationibus.*

Oratio.

QUæsumus, Dómine Deus Omnípotens, Fámulam
tuam placábili pietáte réspice, & cor ejus tui amó-
ris igne succénde; ut tibi toto corde devóta, & à
præséntibus adversitatibus liberétur, & optátis gáudeat
prosperitatibus ætérnis. Per Dóminum nostrum Jesum
Christum, &c.

Secreta.

COElestem medicínam, quæsumus, Dómine, præbeant
Fámulæ tuæ hæc Mystéria, & vítia cordis ejus ex-
púrgent. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c.

Post Communionem.

AUxiliáre, Dómine quæsumus, Fámulæ tuæ, ut cór-
pore piis actiúnibus inténta, donis grátiaæ tuæ per-
fruátur. Per Dóminum nostrum, &c.

Dum Missæ celebratur Officium, Monialis genuflexa
propè Cratem ferream, cum accensa Candela permanet
usque ad finem Missæ. Horâ autem competenti, commu-
nicent omnes Moniales in hac Missa. Qua finitâ, Cele-
brans indutus Pluviali, Velum, quod ab initio Missæ su-
per Altare Maius in lance quadam argenteâ pretiosâ po-
situm esse debet, hoc modo cantando benedicit:

Be-

Benedictio Veli.

Ÿ. Adjutorium nostrum in Nómine Dómini.

℞. Qui fecit Cœlum, & terram.


Ÿ. Dóminus vobiscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.


Domine Jesu Christe, Auctor virtutum, & amator pœnitentium, qui máximè paupertátem, & castitátem cum cæteris virtútibus, corporáliter in Mundo elegisti, & peccatóres ad pœniténtiam misericórditer vocásti, ac omnes Fidèles ad te se converténtes piè suscepisti; tuam ineffáblem misericórdiam suppliciter exorámus, quátenùs hoc Velámen sancti ✠ ficáre, & bene ✠ dicere dignéris; & concéde propítius, ut hæc Fámula tua, quæ illud devotè, in signum sanctæ conversatiónis súscipit, cum veste cándida, & immaculáta, ante Tribúnal tuum in Sanctórum ágmine glorificáta in die Judicii váleat apparére. Qui cum Patre, & Spíritu Sancto vivis, & regnas, &c. ℞. Amen.

*Et aspergit Velum Aquá benediçtá in modum Crucis.
Tunc à Choro cantatur sequens Responsorium.*


℞. **A**mo Christum, in cu-
jus Thálammum intro í- bo, cu jus Ma-
ter



ter Vir- go est, cu jus Pa- ter fœ-



mi- nam nef- cit, cu jus mi- hi ór- ga na mo-



du lá tis vó- ci bus can-




tant: * Quem cum a má- ve ro, cas- ta



sum; cum te tí- ge ro, mun- da sum; cum ac cé-




pe ro, vir- go sum. †. An- nu-



lo Fi- de i su- æ su bar- rhá- vit me,



& im mén sis mo- ní- li bus or ná-




vit me. * Quem.

Dum prædictum Responsorium cantatur, Sacerdos cum Diacono à sinistris, & Subdiacono Velum deferente, ad Cratrem ferream accedit, & finito Responsorio, versa facie ad Conventum, incipit Antiphonam: *Veni Sponsa Christi*, quam Conventus prosequitur:


Antiphona.
Celebrans.




E- ni Sponsa Chris- ti.




Chorus. Ac- ci pe co ró- nam, quam ti bi Dó- mi-



nus præ pa- rá- vit in æ tér- num. *Pf.* Ex-



áu- di- at te Dómi nus in di e tri bu la ti ó nis: *



pró te gat te Nomen De- i Ja cob.

Mittat tibi auxili- um de san- tuo: * & holocáustum tuum
cto: * & de Sion tueatúr te. pingue fiat.

Memor sit omnis sacrificii Tríbuat tibi secúndum cor
tuum

tuum : * & omne consilium tuum confirmet.

Lætābimur in salutāri tuo : * & in Nōmine Dei nostri magnificābimur.

Impleat Dōminus omnes petitionēs tuas : * nunc cognōvi , quōniam saluum fecit Dōminus Christum suum.

Exāudiet illum de Cœlo sancto suo : * in potentātibus salus dēxteræ ejus.

Hi in cūrribus , & hi in equis : * nos autem in Nō-

mine Dōmini Dei nostri invocāvimus.

Ipsi obligāti sunt , & ceciderunt : * nos autem surrēximus , & erēcti sumus.

Dōmine , saluum fac Regem : * & exāudi nos in die, qua invocāverimus te.

Glória Patri , & Fílio , * & Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio , & nunc , & semper , * & in sæcula sæculórum. Amen.

Et repetitur Antiphona: Veni Sponsa, &c.

Deinde Celebrans dicit :

Dōminus sit tibi adjutor , & protēctor , atque ómnium peccatórum tuórum indúltor. *R.* Amen.

Finita hac Oratione , Monialis in medium Chori procedit cantans :

S Usci- pe - - - me, Dómi-
 ne, se cún- dùm e ló- qui um tu- um , &
 vi- - - vam , & non con fún- - - das
 Qq ii me



me ab ex- pe- cta- ti- ó- ne me-




a.

Qua finitâ, accedit ad Fenestellam, per quam Sanctif-
simum Sacramentum Sororibus ministratur, Celebransque
imponit illius capiti Velum, ita ut faciem cooperiat, di-
cens:

Accipe Velum sacrum pudóris, & reveréntiæ Si-
gnum, quod pérferas ante Tribúnal Dómini nos-
tri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam, & vivas in
sæcula sæculórum. Amen.

*Mox Monialis, accepto Velo, regreditur ad medium
Chori, cantans ibi:*



Pó su it signum in fá ci em me- am.



Con-
ven-
tus. Ut nullum, præter e um, ama tó rem ad mít- tam.

Pos-

Posteà idem Celebrans benedicit Monialem, dicens:

Bene ✠ dicat te Deus Pater, qui in principio cuncta creavit. *R.* Amen.

Bene ✠ dicat te Deus Fílius, qui de supérnis sédibus pro nobis Salvátor Deus descendit, & Crucem subíre non recusávit. *R.* Amen.

Bene ✠ dicat te Deus Spíritus Sanctus, qui in similitúdine colúmbæ in Jordáne super Christum requiévít. *R.* Amen.

ET ipse te in Trinitáte perfécta sanctí ✠ ficet, & custodiat ómnibus diébus vitæ tuæ, quem ventúrum ad Judícium expectámus. Qui cum Patre, & Spíritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

Statim incipit Hymnum: *Te Deum laudamus*, &c. ut habetur, pag. 201. quem Chorus (noviter velatâ Moniali in medio Chori prostratâ) usque in finem profequitur. Deinde dicitur: *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster*, &c.

Y. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos à malo.

Y. Manda Deus virtúti tuæ.

R. Confirma hoc Deus, quod operátus es in ea.

Y. Salvam fac Ancíllam tuam, Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

Y. Esto ei, Dómine, turris fortitudinis.

R. A fácie inimíci.

Y. Nihil proficiat inimícus in ea.

R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

Y. Ora pro ea, Sancta Dei Génitrix.

R.

R. Ut digna efficiatur promissionibus Christi.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DEus, qui corda Fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti; da ei in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Protege, Domine, Famulam tuam subsidiis pacis; & Beatae Mariae semper Virginis patrocinis confidentem, a cunctis hostibus redde securam.

DEus misericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent; sine quo nihil boni inchoatur, nihilque boni perficitur; adsint nostris humillimis precibus tuae pietatis aures; & hanc Famulam tuam, cui in tuo Sancto Nomine Velamen nostrae Sacrae Religionis imponimus, a Mundi impedimento, vel saeculari desiderio defende; & concede ei, ut in hoc sancto proposito devota persistere, & remissione peccatorum percepta, ad Electorum tuorum valeat pervenire consortium. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, &c.

R. Amen.

Et cantetur statim Antiphona: *Ecce quam bonum, &c.* ut habetur pag. 283. & interim ducatur Professa ad Altare, & fiunt omnia ut in pag. 299. in fine. Expletis Orationibus, aspergatur Aquâ benedictâ. Quo finito, Sacerdos cum Ministris ad Sacristiam; Moniales verò ad Conventum regrediuntur.

INDEX EORUM,
 QUÆ IN HAC PRIMA PARTE MANUALIS
 CONTINENTUR.


C APUT I. <i>De Processionibus ordinariis.</i>	Pag. 1.
§. I. <i>Quando sit Processio facienda.</i>	ibid.
§. II. <i>De forma in Processionibus servanda.</i>	2.
§. III. <i>De Aspersione in die Dominica facienda.</i>	7.
§. IV. <i>Processio in Fes̄to Purificationis.</i>	13.
§. V. <i>Feria Quarta Cinerum.</i>	26.
§. VI. <i>Dominica in Palmis.</i>	33.
§. VII. <i>Feria V. in Cœna Domini.</i>	56.
§. VIII. <i>De Mandato Feriæ V. in Cœna Domini.</i>	71.
§. IX. <i>Feria VI. in Parasceve.</i>	84.
§. X. <i>De Sabbato Sancto.</i>	112.
§. XI. <i>Dominica Resurrectionis.</i>	119.
§. XII. <i>Litaniæ Maiores, & Minores.</i>	136.
§. XIII. <i>De Octava, & Solemni Processione SS. Corporis Christi.</i>	150.
§. XIV. <i>Processio in Solemnitate Laudum-Perennium.</i>	161.
C APUT II. <i>De aliis Processionibus ordinariis in hac Congregatione faciendis.</i>	166.
§. I. <i>Processio in die Commemorationis Solemnis B. M. V. de Monte Carmelo.</i>	ibid.
§. II. <i>In die S. P. N. Eliæ Prophetæ.</i>	175.
§. III. <i>In die S. M. N. Teresiæ.</i>	183.
§. IV. <i>In die S. P. N. Joannis à Cruce.</i>	191.
§. V. <i>In Translatione Sacrarum Reliquiarum Insignium.</i>	200.
§. VI. <i>In die S. Bartholomæi Apostoli.</i>	201.
§. VII. <i>De Renovatione Votorum.</i>	212.
§. VIII. <i>Deo, ac B. M. V. Deprecatio ob N. Capituli Generalis prosperum adipiscendum eventum.</i>	214.
§. IX. <i>Modus præstandi Obsequium Obedientiæ Generali in Domo Capitulari.</i>	219.
§. X. <i>Modus Gratias agendi Deo in aliis Conventibus Congregationis pro Electione R. P. N. Generalis.</i>	221.

I N D E X.

CAPUT III. De Receptionibus Prælatorum, & aliarum Insignium Personarum. - - - - -	222.
§. I. Ordo recipiendi Processionaliter quoscumque Insignes Prælatos. - - - - -	ibid.
§. II. De Receptione R. P. N. Prioris Generalis. -	229.
§. III. De Receptione Regis. - - - - -	232.
§. IV. De Receptione Reginae. - - - - -	235.
§. V. De Receptione Principis Hæredis. - - - - -	237.
§. VI. De Receptione Principissæ. - - - - -	239.
§. VII. De Receptione plurium Personarum. - - -	ibid.
CAPUT IV. De Processionibus extraordinariis. - -	240.
§. I. Pro Pluvia petenda. - - - - -	241.
§. II. Pro Serenitate postulanda. - - - - -	243.
§. III. Pro Tempestate repellenda. - - - - -	245.
§. IV. Pro Tempore Penuriæ, ac Famis. - - - - -	247.
§. V. Pro Tempore Pestis, & aliarum Ægri tudinum. -	249.
§. VI. Pro Tempore Belli. - - - - -	251.
§. VII. Pro quacumque Tribulatione. - - - - -	255.
§. VIII. Deprecationes diversæ pro Necessitatibus occurrentibus. - - - - -	257.
§. IX. Preces dicendæ pro Electione Summi Pontificis, vel Episcopi. - - - - -	262.
§. X. Pro Tempore Jubilæi. - - - - -	265.
§. XI. Pro salute Regis, vel Reginae, aut Principis. -	269.
§. XII. Pro felici Partu Reginae, vel Principissæ. -	271.
§. XIII. Gratiarum actio pro quocumque Beneficio agenda. -	274.
CAPUT V. De aliis Sacris Actionibus, quæ fiunt in N. Congregatione. - - - - -	276.
§. I. De Indutione Novitiorum. - - - - -	ibid.
§. II. De Professione Novitiorum. - - - - -	284.
§. III. De Ingressu, & Indutione Monialium. - -	289.
§. IV. De Professione Monialium. - - - - -	295.
§. V. De Velo Monialium. - - - - -	300.

F I N I S.







M.I.
187